



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De  
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXVIII. Feretralia Cathedratici. De jurisdictione & respectivè  
exemptione Capituli Lateranensis, & Ecclesiarum in solo Lateranensi  
existentium, & quam jurisdictionem in eis habeat loci ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)

cluderetur de frequentia & cum per tempus notable & continuatum aliisque circumstantiis, ex quibus iste facultatus & benevolus titulus excluderetur, juxta ea quæ habentur in alia Maioricensis celebrationis Missarum 28. Junii 1651. Bichio decis. 280. part. II. & in eadem 24. Januarii 1653, coram eodem; Potissimum quia supponebatur quod in ea Diœcesi totius Insula seu Regni complexiva, Conventus seu Comitia generalia haberi solent per totum Clerum, tam secularis, quam regularem, super concernentibus utriusque Cleri communem interesse pro defensione Ecclesiasticae immunitatis adversus onera laicalia, ac super alios, quæ commune interesse concernunt, Atque hoc mihi inferrebat non levem difficultatem, quod scilicet occasione convocandi Clerum secularis ad Synodus, eodem tempore per diversum actum dictus Conventus seu Congregatio utriusque Cleri habita fuerit, unde propterea interventus praedictus remaneret aequivocus, ac stante defecta scriptura, satis difficilis probationis per testes, quos non sufficeret deponere per solum sensum corporis de visu, sed oporteret etiam deponere cum iudicio intellectus, quo casu etiam non interrogati tenentur assignare certas & concludentes scientias causas seu rationes, quod scilicet interventus fuerit coactus seu subjectus pro Synodo, non pro aliis actibus.

**I** Hac enim est differentia inter testes deponentes super rebus consistentibus in solo sensu corporis, & consistentibus in iudicio intellectus, quod primo casu etiam nulla assignata ratione probant. In secundo autem quamvis non interrogati tenentur certam & bene concludentem scientiam causam assignare, alias nihil probant, Farinac. de test. quest. 70. num. 1. & seqq. Mantic. decis. 199. nu. 1. Gregor. decis. 17. num. 2. Coccin. decis. 259. num. 5. & alii passim, quia est receptissima distinctio, incertus autem est causæ eventus vel status.

## FERETRANA CATHEDRATICI

PRO  
EPISCOPO,  
CUM  
PAROCHO S. JOANNIS  
DE ANTIQUO.

*Casus dispositus coram Vicario Lateranen.  
& in possessorio resolutus  
pro Episcopo.*

De jurisdictione & respectivè exemptione Capituli Lateranensis, & Ecclesiarum in solo Lateranensi existentium, & quam jurisdictionem in eis habeat loci Ordinarius, præsertim circa concernentia curam animarum.

S U M M A R I U M .

- 1 F. Atti series.
- 2 De Cathedratico seu Synodatico debito Episcopo.
- 3 Habens pro se regulam habet intentionem fundatam, donec probetur limitatio.
- 4 In jurisdictionibus sola juris assidentia sufficit,

- 5 De exemptione Ecclesiarum & Hospitalium existentium in solo Lateranensi.
- 6 Non procedit in concernentibus curam animarum, & parochialitatem, & de ratione.

D I S C . XXXVIII.

  
UM Parochus Ecclesiae S. Joannis de Antiquo Feretrana Diœcesis, ex eo quod ista Ecclesia sita esset in solo Basilica Lateranensis ob exemptionem per Apostolicas Constitutiones præseruit Bonifacii VIII. & Sixti V. hujusmodi Ecclesiis concessam ab Ordinariorū jurisdictione, prætendente non teneri ad solvendum Episcopo Cathedraticum per Parochos solvi confitetur, proinde que obtinuerit pro observantia privilegiorum inhibitionem ab ejusdem Basiliæ Archipresbytero, seu Vicario; Hinc proinde occasione petendi dictæ inhibitionis moderationem, jam in solo possesso, obtentam, de dictorum privilegiorum relevantia in proposito etiam in bono jure disputatione fuit.

Dicebam igitur scribens pro Episcopo, quod cum in facto non dubitaretur de hujusmodi Ecclesiæ situatione intrâ fines sua Diœcesis, fundata erat ejus intentio in exactione Cathedratici ab omnibus suarum Ecclesiarum, præseruit parochialium Rectoribus ad texti, in c. inter cetera 10. q. 3. cum concord. per Gratian. digest. 620. n. 1. Barbo. de Episcopo, alleg. 86. n. 40. cum seqq. & Fagnan. in c. concurrente de off. ordin. ex nn. 44. & in c. venerabilium, 16. de cens.

Ideoque habens pro se regulam, dicitur habere intentionem fundatam, eamque allegare sufficit ad dictoriam, donec per allegantem limitationem illa probetur in dubio non præsumenda, Barbo. axiom. 197. Mantic. decis. 251. num. 4. præseruit vero in jurisdictionibus, in quibus speciale est solam juris assidentiam sufficere, donec illa tollatur vel per privilegium clarum in continentia probatum, vel per rem iudicatam canonizatam per tres conformes ex deductis supra in Tolerana dicti curs. 1. & in aliis frequenter.

Nedum autem aliqua dictæ exemptionis justificatio dabatur, sed illa erat omnino improbabilis ex eorundem privilegiorum seu Constitutionum Apostolicarum inspectione, etiamsi in facto tanquam certa supponeretur ipsius Ecclesiæ situatio in solo Lateranensi, de qua justificatione haberet infra in Benaventana Ecclesia disc. sequent. Quam enim ex plurimum Pontificum indultis ultimo loco confirmatis per Bonifacium IX. Ecclesiæ Hospitalia, Oratoria, & alia loca quæcumque sita in solo Lateranensi omnino dam exemptionem habeant ab Ordinariorū jurisdictione & superioritate, ac privative subjaceant jurisdictioni Archipresbyteri ejusdem Basilicae, cum facultate etiam competente Capitulo & respectivè Archipresbytero conferendi eurundem Ecclesiarum Rectorias & Beneficia, ex iis, quæ habentur in Monis alti decis. 366. par. 9. rec. & in Surrenitatis subtit. de Paroch.

Nihilominus Pius IV. omnia hujusmodi indulta revocavit, Reintegrata vero fuerunt per Constitutionem 19. Sixti V. per quam dicta exemptione expressè moderatur in concernentibus curam animarum & Parochialitatem, ut particulariter actum habetur in dicta Surrenitatis ubi de puncto, an Parochialis, quæ prætenditur sita in hoc solo Lateranensi conferenda sit nec ne per concursum ad formam Concilii Trid.

Cum

Cum igitur cathedralicū, quod alias synodaticū nuncupari solet, nedum ex dispositione factorum canonum, sed etiam ad mentem ipsius sacri Concilii Tridentini, per quod non esse sublatum latè probat Faganus. ubi *supra*, debeatur per Parochos ratione parochialitatis Episcopo tanquam Parocho majori & in signum subjectioñis ex superiori allegatis; Hinc proinde dicebam, quod admissa etiam dicta situatione, quodque alias in concernentibus ipsam Ecclesiam materialem, ejusque bona & jura dicta exemptio suffragaretur. Adhuc tamen ea nullatenus suffragari poterat quoad istam recognitionem, ac alia concernentia curam animatum & Parochialitatem, ex eadem ratione satis frequenter deductā in dicta Toletana disc. I. & aliis occasione privilegiorum exemptivorum competentiū Ecclesiis & Monasteriis Regularium, non suffragantium quoad concernentia parochialitatem & curam animarum. Quod scilicet subjectio non provenientia Ecclesia materialis, seu ratione personatum exemptarum, sed ratione Ecclesiæ formalis idest populi, cum quo cura exercetur, qui est Episcopo subjectus. Et ob quam rationem, etiam Abbates aliquae Prælati Regulares quantumvis exempti convocari possunt ad Synodus, ut in Majoricen. *Synodus disc. præcedenti*, Multò magis dum ille Parochus erat clericus secularis.

Dum igitur istud cathedralicū seu synodaticū dicitur onus accessoriū & consequentivū ad convocationem Synodi, exinde de platio resultare dicēbam, etiam cum sensu veritatis, exemptionem ad hunc effectū non suffragari. Neque in contrarium deducebatur quid relevans, cum scribentes immorarentur solū in regulis generalibus, quas habemus in materia exemptionis, non descendentes ad hæc specialia concernentia regulæ emptiæ limitationem.

- 3 Non prodest quoad jurisdictionum delegatam à Sac. Concil. Trid.
- 4 Visitationes nuptiæ referibiles ad dictam jurisdictionem delegatam, non prejudicant dicta exemptioni.
- 5 Actus convarii non prejudicant sine scientia & patientia ipsius Capituli Lateranensis.
- 6 De probatione dominii soli remissive.
- 7 Observantia multum in hoc operatur.

## DISC. XXXIX.



E anno 1450. quidam Nicolaus Oppidi Terreculsi, donavit Basilicæ Lateranensi ejusque Capitulo quoddam petrum terræ positum intra ejusdem loci mania, in quo de anno sequenti Capitulum conciliic facultatem Communilitati edificandi Ecclesiam sub invocatione S. Mariae Annuntiatae, cum Hospitali, communicando omnia ejus privilegia, immunitates, & exemptiones, sub reservatione annui census sex unciarum cera albæ in recognitionem dominij; In cuius concessionis exequitionem, Communitas prædicta de anno 1453. Ecclesiam & Hospitale construxit, apponendo dictæ Basilice insignia, tam in janua & campana, quam in aliis partibus Ecclesiae, & successivè Capitulum diversis temporibus deputavit Visitatores ad visitandum Ecclesiam & Hospitale; Cumque Archiepiscopi pro tempore voluerint eam visitare, se opposuerit Communitas, unde desisterunt à visitando, Solumque post publicationem Sac. Conc. Tridenti profecti sunt id agere jure delegato; Cumque modernus Archiepiscopus hujusmodi prætensionem excitasset, visitandi scilicet, aliosque actus jurisdictionales jure Ordinario exercendi, atque ut in hujusmodi prætensione se confoveret, non audito Capitulo Lateranensi obtinuisse quoddam decretum Sac. Congregationis Episcoporum & Regularium, de anno 1662. Hinc proinde, dicto Capitulo recurrente, remissa fuit causa ad Rotam coram Taja, datoque dubio, An & quale jus Archiepiscopo competat in dicta Ecclesia & Hospitali, post aliquas propositiones sine resolutione ob aliquas facti discrepancies sub die 20 Februario 1668. prodit resolutio contraria Archiepiscopum, nullum scilicet ius sibi competere in vim Ordinariæ jurisdictionis, stantibus hujus Basilicæ privilegiis diversorum Pontificum præsertim Bonifacii IX. innovatis per Sixtum V. in eius Constitutione 19.

In his autem disputationibus nulla cadebat difficultas super exemptione omnimoda Ecclesiæ & Hospitalium sitorum in solo Lateranensi à jurisdictione ordinaria, Tum quia hujus Basilicæ privilegia sunt in viridie & inconcusa observantia notoria ubique; Tum etiam quia sic alias declaravii Sacra congregatio Concilii per haec verba præcisæ, Sac. Congreg. Concilii Tridentini Interpretum alias censuit non licere Episcopis & Archiepiscopis visitare Ecclesiæ in fundo Lateranensi ecclesias, nisi tangentiam Sedis Apostolica delegatis; Eademque privilegia canonizata fuerunt plures per Rotam, tam circa collationem Beneficiorum, ut dec. 369. par. 9. rec. quam circa visitationem jure ordinario, aliosque actus ordinariam jurisdictionem concorrentes, ut pater ex quatuor decisionibus super consimili controversia editis in una Cathacene. Ecclesiæ coram B. chio, Cecchino & Roias dec. 115. 217. 310. & 313. ead. par. 9. Atque in Sarrentina parochialis disputata

## BENEVENTANA ECCLESIAE.

PRO

CAPITULO LATERANENSI

ET

COMMUNITATE TERRACUSTII

CUM  
ARCHIEPISCOPO.*Causa decisus per Rotam pro Capitulo  
& Communitate.*

De eadem materia exemptionis à jurisdictione Ordinarii Ecclesiæ sitarum in solo Lateranensi; Et quam jurisdictionem in eis Ordinarius habeat, dicta exemptione non obstante; Et de probatio-ne dominii soli dictæ Ecclesiæ Lateranensis.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> **F**acti series.  
De privilegio exemptivo Ecclesiæ & locorum fundatorum in solo Lateranensi.